

Blondi Flavii fiorentino: Instaurata Romae liber secundus (Biondo Flavio 1392-1469; di Roma restaurata) 1444-46

LXXVIII. *De insula quam in urbe facit Tyberis Tempia Iovis et Aesculapij.*

Campi Martij descriptio ad alia duo, Equiriam scilicet et Iovis insulam, describenda nos trahit. Sed Equiriam spectaculorum loco relinquimus. Insulae Iovis originem Livius post Campi Martij descriptionem ostendit his verbis: «*Martius deinde campus fuit; forte ibi tunc seges farri dicitur fuisse matura messi: quem campi fructum quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem, magna vis hominum simul immissa corribus fudere in Tyberim tenui fluentem aqua, ut medijs caloribus solet: ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse illitos limo; inde insulam paulatim et alijs quae fert temere flumen eodem vectis factam. Postea credo additas moles manuque adiutum ut tam eminens area firmaque templis ac porticibus sustinendis esset*» (2, 5, 2). Ea autem in insula duo fuerunt templa Iovis scilicet et Aesculapij nepotis sui ex Phoebo, de quibus sic est in primo Fastorum Ovidij: «*Quod tamen ex illis Iicuit mihi dicere fastis: Sacravere patres hac duo templa die. Accepit Phoebo nymphaque Coronide natum Insula, dividua quam premit amnis aqua. Iuppiter in parte est: cepit locus unus utrumque: Iunctaque sunt magno templa nepotis avo*» (1, 289).

LXXIX. *Gelasius ecclesiam s. Bartholomei.*

Legimus autem ipsam insulam aliquando Licaoniam appellatam esse, in qua Gelasius II pont. ecclesiam sancti Bartholomei vel extruxit, vel quod magis credimus instauravit.

LXXX. *Pons insulae.*

Pontem qui ipsam insulam iungit urbi indicat titulus marmore excisus Quintum Lepidum et M. Curium aediles: alium vero qui ipsam insulam Ianiculo iungit, Valentinianum superiorem et Valentem, qui Romanum imperium primus ad ruinam perducere adiuvit, extruxisse.

LXXXI. *Eugenius pontem Valentiniani instauravit.*

Quos nuper tua pontifex Eugeni opera instauratos, et tiburtino lapide stratos videmus.

78. *L 'Isola, ch'è sul Tevere.*

Il Campo Martio ci tira a dire de' duoi luoghi, cioè de l'Equiria, e de l'isola di Giove: ma del primo ci induggeremo a dirne con gli spettacoli pubblici, de l'isola dice Livio, che essendo nel Campo Martio mature le biade di Tarquinio già cacciato di Roma, e reputandosi quel frutto irreligioso, fero no i Romani mieterle, e buttarle nel fiume che gli era presso; ma perciò che il Tevere a quel tempo correa molto piano, come suol di estate fare, quelli fasci di biade si fermarono in quella seccaggine, e limacci, dove poi cumulandovisi anco de le altre cose che suole il fiume sempre portare in giù, venne a poco a poco a farvisi una isoletta; e crede, che doppo anco si ci volgesse l'industria de gli huomini a farla più stabile, con buttarvi d'altre cose più gravi, e più ferme, onde havesse possuto esser bastante a sostenere i tempj, e gli portichi che vi furon fatti. Hor in questa isola furon duo tempj, e di Giove, e d'Esculapio, come dice Ovidio ne' Fasti.

79. *Papa Gelasio primo vi edificò la chiesa di S. Bartolomeo.*

Si legge anco che fu questa isola chiamata Licaonia, e Papa Gelasio 2 v'edificò, o vi rifece più tosto la chiesa di S. Bartolomeo.

80. *Il ponte de l'isola fatto da Valentiniano.*

Il ponte dove si vada da la città, fu secondo la iscrizione ch'è ivi in un marmo, fatto da Quinto Lepido, e M. Curio, Edili; l'altro ponte ch'è da l'isola a Ianicolo. fu fatto dal primo Valentiniano, e Valente che fu il primo che aiutò a menarne in l'ultima ruina l'imperio Romano.

81. *Ma rifatto da papa Eugenio quarto.*

I quali ponti hoggi ha la tua bontà, o S. padre Eugenio, rifatti et insilicati di pietre tiburtine.